

**05**

**A**

**2259**





12728 DISPUTATIO JURIDICA

De

# ARRESTIS & REPRESSALIIS,

*Quam*

D. O. M. A.

*Decreto & Auctoritate*

Amplissimi Jctorum ordinis

*In Incluta Academia VVittebergenfi*

SUB PRÆSIDIO

*Viri Magnifici, Amplissimi & Consultissimi*

**Dn. BARTHOLOMÆI REUSNERI,**

**J. U. D. & Antecessoris Clarissimi, Amplissimæ**

**Facultatis Juridicæ Ordinarii & Senioris meritissimi, Se-**

**renissimi & Potentissimi Electoris Saxonæ Consilarii, Ec-**

**clesiasticæ & Provincialis Curia Adfessoris eminent-**

**tissimi, Dn. Præceptoris, Favitoris & promo-**

**toris atatem observandi,**

*Publicè examinandam proponit*

**FRIDERICUS PRÆTORIUS**

**Grab. Megapolitanus.**

*In Acroaterio Jctorum.*

**Ad diem 19. Novembr. hor. à 7. matutin.**

**WITTEBERGÆ,**


**Typis JOHANNIS GORMANNI,**

**ANNO M DC XXIV.**



05 A 2259





Συὺ Θεῶ.



Uanquam Imperatorum Diocletiani  
& Maximiniani constitutione cautum sit, ne  
ob es alienum liber homo servire compellatur  
l. 12. C. de oblig. & act. neve corpus liberum,  
quod nullam recipit aestimationem l. fin. ff. de  
bis qui effud vel dejec, pro pecunia oppignoretur l. 6. C. que res  
pign. dari poss. (cum pessima olim ob eratorum fuerit conditio,  
quippe qui referente Gellio l. 20. noct. Att. cap. 1. à creditoribus  
ob solutionis insufficientiam, non tantum vinculis mancipa-  
bantur, sed etiam perpetue servituti addicebantur; Imò si plu-  
res erant creditores dissecabantur. Covarr. in tract. Var. resol.  
lib. 2. c. 1. n. 1.) Nullius tamen Imperatoris assertione prohibi-  
tum experimur, ne amplius, ere alieno gravati molestentur;  
quin imò certis remediis praefractus solutionum moratores co-  
erceri & ad solutionis observantiam trahi posse, constitutum  
est, per l. negantes 9. & l. 12. C. de O. & A. l. 8. ff. de solut. adeò ut  
subsidiarium praebeat tergum, cui non suppetit pecunia l. 1. in  
fin ff. de penis. Idq; non solum per legitimos actionum trami-  
tes, sed & per summaria & extraordinaria juris remedia.  
Qua ratione recepta sunt arresta & repressalia, quippe quorum  
obtentu rigorosa in debitores iniquos decernitur executio! Ta-  
met si vero, jure civili arresta & repressalia prorsus ignorentur,  
& prohibeantur, l. Vn. Vbi. Sicbard. Duarn & alii. C. de probi-  
bit. seq. pec. l. fin. C. de execut. rei judicat. l. negantes 9 C. de O. &  
Act. Schurf. consil. 15. cent. 3 n. 1. cum sint species executionis, ab  
executione autem inchoare non liceat, sed debitor prius legiti-  
mè convincendus antequam ad solutionem pulsandus l. ult. C.  
de execut. l. Vn. C. de prohib. sequ. pecun. !. si cum nulla 58. ff. de  
re judic. Mynsing. cent. 5. obs. 35. Secus tamen est, ubi propter di-  
lapidationem vel fugae suspicionem aliamve urgentem ob cau-

A 2

sama

sam permittuntur. Mandos in tract. de monitor. quest. 8. n. 3. &  
5. Hæc enim juris rationi conformia & tam consuetudine mo-  
ribus de recepta, quam constitutionibus municipalibus compro-  
bata esse, concordibus Dd. suffragiis concluditur, arg. l. 1. C.  
quando lic. unicuiq. sine jud. l. fin. C. ubi in rem actio exer. Tum  
ob necessitatem quo inanis & frustratoria debitorum refra-  
ctariorum, in reddendis debitis refrenetur elusio, quam male  
coercitam, qualiscunq. creditorum indulgentia aliquantisper  
retardavit; tum ob utilitatem, quo creditorum demum succur-  
ratur indigentia & sumptuum dispendium in persequendis de-  
bitis subleuetur, cum melius sit in tempore occurrere, quam post  
recessam rem persequi l. 1. C. quand. lic. unicuiq. sine jud. Quo-  
rum cognitio cum gliscente in dies obaratorum turbâ LL. asse-  
ctis non minus proficua quam necessaria, nec non usus eorundem  
frequentissimus, non abs re fore autumo, si difficilima hujus  
simul ac utilissima materia indolem attendentes ad illud J Cii  
Pauli in l. 25 ff. de liberat. legat. penitus scrutemur & persue-  
mus, quippe ad quotidiana potius & ea quæ usum in vita com-  
muni frequentem habent, quam quæ perraro eveniunt animus  
applicandus, monente Celso in l. 5. ff. de legib. Papin. in l. justo  
errore 44 ff. de usurpat. & l. certi juris 17. v. per usum. C. de ju-  
dic. cum ea quæ quotidiana sunt & aurea dici consueverint, se-  
cundum inscriptionem l. riparum 5. de divis rer. l. in pecud. 28.  
de usur. l. ex malefic. 4. de Oblig. & Act. l. 4. de mort. caus. donat.  
At vero quum in omni disciplina, maxime vero in jure nostro  
potior quidem rerum, prior tamen verborum habeatur ratio l.  
1. ff. de reb. cred. l. 2. ff. de Except. Gæd. ad rubr. tit. de Verb. sig.  
ideog. operæ precium nos facturos arbitramur, si ante paucis de-  
finitionem discutiamus, quam ad specialem rerum consideratio-  
nem provehamur. Quod ut ordine fiat, certis, subjectam materi-  
am, cancellis includere lubet, videl. Quid & quotuplex sit ar-  
restum, quibus competat jus arresstandi, qui quæ de arrestari pos-  
sint, quo loco & tempore arrestum fiat, quinam sit effectus ejus,  
quomodo relaxetur & quanam pena violati arresti. Sit ergo

**A** Restum (a) est remedium executivum (b) seu interdictum in personam aut res alicujus, ad instantiam creditoris, (c) ne statu suo moveantur, prius quam creditoris querelæ satisfiat, (d) publica magistratus autoritate & mandato (e) ex justa causa decretum.

(a) Arresti vox dupliciter accipitur 1. pro placito seu sententia summorum tribunalium. Boer. decis. 2. n. ult. & 3. n. 16. Matt. de Afflict. decis. Neap. 231. & tunc deduci videtur à Græco ἀρεστον, quod placitū seu decretum significat Pecius in tract. de jur. sistendi c. 1. n. 2. Alii ab ἀρραστον (quod à παῖς corrumpo) hoc est, incorruptum dici volunt, propterea quod salva sit res creditoris, cum debitū per arrestum extorquere queat; Alii Gallicum esse malunt à voce ar- rester, quod Gallis est gradum sistere & à Latina voce restare corruptā lingua transsumptum videtur. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 157. Gail. tract. de arrest. c. 1. n. 3. Moline. ad consuetud. Parisiens. p. 2. gl. in verb. ar- resti. n. 1. Ratio autem nominis quo sententiam notat est, quia sententia illæ summorum tribunalium, quæ Gallis Parlamenta dicuntur, instantia- rum processibus quasi gradum sistunt, cum ejusmodi sententia victus ulte- rius provocandi copiam non habeat. Et sic arrestum acceptum non est hujus considerationis. 2. Pro impedimento seu manuum injectione per l. sed si hac, 10. §. 1. ff. de in jus vocand. l. pen. de serv. export. l. generali 54. C. de de- cur. licet improprie, cum manuum injectio in arresto non semper requira- tur, & tunc barbarum est, praxi tamen forensi & judiciali usitatum. Germanis dicitur Arrest/Verstrickung. Item Kummer/Zuschlag/cujus quidem posterioris denominationis ratio est, quod processus hic injiciat cu- ram & sollicitudinem debitori, ad cogitandum de viis relaxandi arrestum. Coler. process. execut. p. 1. c. 2. n. 73.

(b) l. actor. 3. C. ubi in rem act. exerc. l. ait præter 10. §. si debitorem 16. ff. quæ in fraud. cred. Coler. d. tr. de pro- cess. exe. p. 1. c. 2. n. 160. Gail. d. tr. de arrest. c. 1. n. 10. Rosbach. in process. jur. civil. tit. 28. n. 2.

(c) quia judex non potest quicquam in iis de quibus ni- hil compertum habet, decernere multo minus non roganti justitiam admi- nistrare, arg. l. dies 4. §. hoc autem 8. ff. de damno infect. l. ad peremptor. 68. ff. de judiciis c. 1. extra eod. cum imploratus demum officium interponat ad privatam partis utilitatem: Arrestare tamen reum per se quoque potest judex tuendæ jurisdictionis causa. VVesenb. in parat. ff. si quis jus dicenti n. 6.



sed de ejusmodi arresto hic non agitur. (d) Satisfit autem creditori vel solvendo. arg. §. 1. Inst. quibus mod. toll. oblig. c. cum cessante, extra de appellat. vel satisfiando, arg. l. si fidejuss. 7. §. fin. qui satisfi. cog. Pecc. de jur. sist. c. 31. n. 2. Gail d. tr. c. 3. n. 11. vel cedendo, l. fin. C. qui bonis ced. (e) quia prohibitum est sibi quenquam in propria causa jus dicere l. 10. de jurisd. l. un. C. ne quis in sua caus. l. pen. & ult. ff. ad l. lul. de vi privat.

II. Quod quidem consuetudine, statutis aut moribus Romanorum receptum esse constat, (a) partim necessitate, (b) partim æquitate ex utilitate promanente. (c)

(a) Gail 2. obs. 44. n. 10. & d. tr. de arr. Imp. c. 1. n. 15. Coler. p. 2. c. 3. n. 437. Rosbach. process. jur. civil. c. 28. n. 10. (b) Cujus postulatu nonnunquam à communium legum decretis receditur, l. item 10. §. 1. ff. communi divid. c. non debet 8. ext. de consang. & affin. (c) Cujus causa licitum est benigniorem in legibus interpretandis sententiam adhibere l. nam ut ait 13. l. benignius 18. ff. de LL. necessitas quidem, ad coercendos fugitivos & vagabundos debitores respicit; æquitas vero & utilitas, spectat ad commoditatem & facilitatem conveniendi debitores eorumq; bona, ad hoc ut vitentur sumptus & expensæ, quas fieri necessum est, ad persequendum debitorem alibi commorantem. arg. l. mediterraneæ C. de annon & tribut. Utq; faciliore negotio solutionem impetrent creditores quos multis excusationibus & tergiversationibus obarati & maligni debitores diu multumq; exagitarunt.

III. Neque vero absque justa causa impetratur arrestum, sed si vel reus subinde requisitus, ut se in judicio sistat, copiam sui subtrahit judici & ita contumaciter ipsius jurisdictionem spernit, (a) Aut si fortè sit fugitivus, aut fugæ suspectus, (b) aut vagabundus, (c) aut dilapidator & prodigus rerum suarum, (d) aut fraudator gabellarum? (e)

(a) Quo casu judex missionem in bonorum possessionem decernere potest. arg. l. consentaneum 8. C. quom. & quand. judex. Landr. lib. 1. art. 70. multo magis igitur eidem hoc remedium arrestationis veluti benignius competit. Cui enim licet quod plus, multo magis licebit quod minus est, l. non debet 21. ff. de R. I. (b) arg. d. l. ait prætor. 10. §. si debitorem 16. ff. que in fraud. cred. l. si fidejussor 7. §. fin. ff. qui satisfi. cog. (c) l. eum qui §. si quis domicilio ff. ad municipalem; quia qui ubiq; habitat nusquam habitat, & in l. penult. ff. de serv. exportand. & ideo cum ubiq; forum sortiat,



10  
tiatur. & passim in imperio conveniri potest, l. dies cautioni § prator ait ff. de damn. infect. (d) arg. l. nam is 6. ff. de dolo, & in l. Fulcinius §. sed is 5. ff. ex quibus caus. in poss. eatur. Molin. consuet. Parisi tit. 2. §. 52. (e) Coler. d. tr. de process. p. 1. c. 3. n. 74. seqq. Ob has igitur & similes urgentes causas ex quibus periculum aliquod in mora residet, licitum fit, quod alias illicitum.

IV. Arrestum aliud est publicum, aliud privatum; Publicum est vel legis vel hominis seu judicis, de quo hic agitur. Legis est vel Romani Imperii (a) vel juris communis; (b) Privatum fit vel ex conventionem (c) vel autoritate propria. (d)

(a) Publicum Imperii arrestum est, de quo in recessibus Imperii Anno 70. Spira actum. Gail. de arr. Imper. o. 1. n. 13. & l. 1. c. 1. de pace publ. & Frid. Mindan. in process. lib. 1. c. 38. seqq. quando videlicet status aliquis vel consors Imperii, alterius ordinis sive status immediate imperio subjecti bona propria, vel ejusdem subditi, viâ facti, non juris detinet, & manus injectione molestiam eis adfert, quod ex nova Divi Maximiliani constitutione ob publicam Imperii tranquillitatem conservandam immediate ad Jurisdictionem Camere Imperialis pertinet: Requisita hujus arresti Imperialis recenset Gail. c. 1. de arr. in pr. (b) de qua l. unic. C. ut omnes jud. tam civil. quam mil. (c) & hoc quidem ex voluntate partium concedi & instar pacti servari solet l. 5. & l. juris gent. §. ait prator ff. de pact. Gail. de arr. c. 1. n. 7. (d) quod perinde ut secretum seu clandestinum arrestum illicitum & prohibitum est, cum nemo sibi ipsi in propria causa jus dicere debeat l. jurisdict. l. Iulianus ff. de Iudic. Novell. Elect. Aug. p. 1. constit. 29. §. ult. nisi in summa necessitatis casu, quando videlicet debitor in fuga est, tunc enim creditor propria autoritate, per manus injectionem debitorem apprehendere potest. per. l. ait prator §. si debitorem ff. que in fraud. credit.

V. Unde apparet, esse quidem convenientiam quandam inter arrestum & sequestrationem, Item missionem in possessionem, præceptum de non alienando & pignorationes Imperii, (a) cum sint species executionum; Non tamen per omnia unum alteri simile invenitur: sed quam maxime differunt: (b)

(a) Coler. d. tr. de process. p. 1. c. 2. n. 157. & p. 3. c. 7. n. 78. & c. II. n. 60. (b) Gæd. ad rubric. extr. de sequestr. & fruct. n. 19. Specialiter v. quomodo arresta, que in terris Romani Imperii usurpantur, ab arresto Saxonico differant, exprimitur Constit. Elect. 28. §. Ferner sollen. part. 1. & constit. 29. & part. 2. const. 21.

de

de Anno 83. rubr. Vom Arrest/wie derselb zuverstaten. Coler. p.1. c.2. n. 188. seq.

V I. Arrestare autem possunt non solum omnes creditores, qui de suo credito periclitantur, (a) sed etiam eorum procuratores (b) modo habeant Speciale mandatum (c)

(a) Peck de jur. sist. c. 3. n. 1. Ioh. Mont. in process. p. 20. c. 41. n. 12. quo referatur etiam creditor conditionalis, qui ad cautionem interponendam agendo, arrestum impetrare potest. arg. l. quaesitum 14. de pign. l. cum socii 16. commun. divid. Hering. de fidejuss. c. 5. n. 45. seq. (b) Iason in pr. n. 79. Inst. de act. qua enim per se quis potest, etiam per alium c. potest 60. & c. qui facit de R. l. in 6. l. 1. de procurat. (c) Donell. 4. comm. 15. Harp. in §. procurat. Inst. de iis per quos agere poss. n. 242. seq. Ratio est quod in causis executivis speciale mandatum requiratur: Iason in l. Invidus 17. C. de procurat. n. 5. & ubi de gravi alicujus praedicio concernente personam aut ejus famam, agitur, ibi speciali opus est mandato. Alex. consil. 133. n. 1. Arrestum autem ignominiam irretractabilem infert & existimationem debitoris ledit. Gail. de arrest. c. 1. n. 12. Coler. p. 2. c. 3. n. 154. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cent. 1. c. 87. n. 2.

V II. Quin imò & cessionarium, qui à creditore primævo jus crediti sibi cessum habet, (a) nec non consortem litis socium (b) & hæredem creditoris, jus arrestandi habere constat.

(a) arg. l. creditores 10. seq. de V. S. Novell. 4. c. 1. in fin. quia translatis actionibus primi creditoris personam representat l. per diversas 22. l. ab Anastasio 23. C. mandati l. si nominis 2. C. de donat. (b) quia possunt in commune agere, communi utilitate flagitante l. justissime 44. §. proponitur 1. ff. de edilit. edict.

I IX An vero conjuncta creditori persona sine speciali mandato, de arresto sollicitare queat, non immeritò dubitatur? Nos tamen aff. dummodo de rato caveat.

l. sed & 35. l. Pompon. 40. §. fin. de procurat. Nam & conjunctus pro conjuncto sine expresso mandato nonnunquam agere potest; Et sufficit presumptio juris, quod nemini melius & tutius actio mandari queat, quam conjunctæ personæ. Anton. Fab in Ration. ad l. 35. in pr. ff. eod.

I X. Sic extraneo quoque & forensi non minus competit hoc beneficium arrestationis, atque civi & loci subdito; Ut enim ratione contractus, forensis etiam observat statuta loci, (a) Ita statutum

17  
tutum & consuetudo indefinite concepta etiam extraneo prodest  
nisi id specialiter sit prohibitum. (b)

(a) c. Romana de foro competent. in 6. Gail. 2. obs. 123. n. 3. (b) arg. l. 1. C. de emancip. lib. & l. fin. ff. de testam. mil.

X. Arrestatur vero ab arrestationis jure liberi, adversus parentes eorumque bona licet illos fortè habeant obligatos, (a) propterea quod nullum actum adversus parentes exercere possint, per quem honor & existimatio parentum læditur, (b) Arrestum vero, arrestato ignominiam inferre ex dictis liquet.

(a) l. cum oportet 6. §. 2. C. de bonis quæ liberis, l. si quis 8. §. ult. C. de secund. nupt. (b) l. non debet 11. ff. de dolo malo. l. apud Celsum 4. §. adversus parentes 16 ff. de dol. mal. & met. except. Novell. 115. c. 3. §. si quemlibet 8.

XI. Verantur quoque arrestare Dominum debitorem aut bona ejus Vasalli; præterquam enim quod gravem & inhonestam injuriam Domino inferre sub feudi privatione prohibeantur, (a) tenentur etiam dominum incarceratum liberare, (b) tantum abest ut eundem ob æs alienum arrestare possint, cum gravius puniatur qui ipsemet aliquem detineri curet, quam qui detentum liberare gravatur. (c)

(a) c. un. §. porro, quæ fuerit prim. caus. benefic. amitt. (b) c. un. §. 2. vers. item si delator Domini. (c) arg. l. 1. §. 5. ff. ad SC. Silanian, c. non inferenda 7. c. 23. quæst. 3. Imò Vasallus d. tit. famosam actionem contra Dominum intentans feudo mulctatur. Rosenth. synopsis. feud. c. 10. conclus. 20. n. 8. & conclus. 23. n. 1. Schrad. p. 9. c. 4. n. 31. seq. Speculat. in tit. de feud. §. quoniam n. 33. v. 17.

XII. Arrestari autem possunt tam personæ quam res. (a) Personæ quidem vel ob contractum vel delictum. (b) Si enim quisquam in certo loco contrahens ad solutionem ibi faciendam sese obstrinxit, aut contra loci statuta quidquam commisit tamdiu, donec vel de solutione præstanda vel de delicto expiando caverit, arrestari potest.

(a) Pecc. d. tr. c. 4. in pr. Imprimis si periculum fugæ subest. l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred. l. generali C. de decurion. Nov. Aug. p. 1. const. 30. (b) Sic enim diffamatus, ubicunq; locorum diffamatorem suum deprehenderit, protinus contra eum experiri ac judicis officium implorare potest. Pecc. d. c. n. 8.

C. n. 8.

B

l. Cum

XIII. Cum igitur per rationem generalem quilibet debitor in loco ubi contraxit, vel solutionem facere promisit, arrestari possit, non immerito quæritur; An illud quoque ad hæredes defuncti debitoris. (a) Vel ad fidejussores (b) extendatur? Aff.

(b) arg. l. postulante 44. ff. ad SC. Trebell. l. ex contractu 44. de re judicata, quia hæres una persona censetur cum defuncto l. hæredem 59. de R. I. l. ii. ff. de lib. & posthum. l. ult. sub fin. C. de impub. & aliis substit. Et ad quod compelli poterat defunctus ad idem tenetur hæres, cum eidem cum commodo & incommodo succedat. l. ii. C. de acquir. possess. (b) quia principalis locum obtinent l. potest 4. §. 1. ff. de fidejuss. l. 29. eod. l. 91. §. 4. ff. de V. Obl. Et creditor fidejussoris potissimum fidem sequitur. prin. Inst. de fidejuss. qua ratione igitur principalis, eadem & fidejussor, si ante diem suspensus vel fugitivus existat, tenetur.

XIV. Debitorem quoque debitoris nostri arrestari posse juris esse putamus, sed usque ad concurrentem saltem debiti quantitatem.

Ratio est, quod si debitor principalis per sententiam condemnatus & postmodum excussus sit, bona autem ipsius ad solutionem non sufficiant, in subsidium ipsius debitor teneatur, l. si in causa 2. C. quando fisc. vel priv. deb. arg. l. hæres 21. in fin. ff. ad SC. Trebell. Coler. in d. tr. de process. p. 2. c. 3. n. 495. & p. 3. c. 8. n. 40. Anton. Hering. de fidejuss. c. 19. n. 60.

XV. Mulier etiam ab arrestationis jure non est exempta.

Licet enim mulier in causa civili in carcerem propter periculum pudicitie conjici non possit Novell. 134. c. 9. & Auth. hodie C. de custod. rer. non tamen usum incarcerationis in ea cessare arbitramur, cum in arresto non ita facile in periculum pudicitie incurrere videatur. Guid. Pap. decis. 256. n. 2. Diss. Coler. p. 2. c. 3. n. 199.

XVI. Idem dicendum videtur de Clerico; (a) Si modò arrestatio fiat à judice Ecclesiastico, cum Clericus foro seculari non subiaceat. (b)

(a) Quia ea quæ processum concernunt non minus in Clericis quam laicis obtinent, c. cum venissent. 3. de eo qui mitt. in poss. Pecc. de tr. c. 4. n. 11. (b) c. cum diligenti 12. c. significasti 18. Extr. de foro compet. Auth. statuimus C. de Episc. & Cler. Myns. cent. 2. observ. 67. & 5. obs. 93. n. 5.

XVII. An vero studiosi & libri eorum arrestari possint, al-  
tioris est indaginis; Sunt enim, qui prohibitionem Auth. Ha-  
bita C. ne filius, saltem de eo accipiunt, qui ob delictum alte-  
rius detinetur, cessare vero in propria causa. Contrarium ta-  
men videtur verius. Et quidem de studiosis liquet, quod illi in  
loco ubi studiorum gratia contraxerunt vel solvere promiserunt,  
non sint arrestandi, adeo ut is, qui ausu temerario contrarium  
facere præsumpserit, non solum infamiae notam contrahat, ve-  
rum etiam ad quadrupli præstationem ex imperii constitutione  
teneatur. (a) Nisi forte de fuga sint suspecti & periculum sub-  
sit ne creditori suum consequendi facultas sit adempta, aut atrox  
aliquod delictum commiserint. (b) Libros autem illorum &  
reliquam suppellectilem, pro alimentis, mercede habitationis,  
& aliis debitis detineri posse, moderna receptum est consuetudi-  
ne, (c) quamvis aliàs secundum saniores Dd. opinionem illo-  
rum res tacite non sint obligatæ. (d)

(a) Auth. habitata, C. ne filius pro patr. & ibi Dd. Sichard. ad d. Auth.  
Arnold. à Reig. in process. judic. disp. ult. §. 6. lit. f. Pecc. d. tr. c. 5. n. 1.  
& seq. Rebuff. tract. de privil. Schol. priv. 83. (b) arg. l. si legationis  
25. ff. de judic. Ne sub pretextu privilegii concessi vel flagitiorum crescat  
auctoritas, aliumq; defraudare liceat, vel publica vacillet utilitas. l. 2. C.  
de privileg. Schol. Novell. 17. c. 5. pr. Injuriarum enim occasio inde nasci non  
debet, unde jura nascuntur l. 6. C. unde vi. & privilegium meretur amit-  
tere, qui potestate sibi concessa abutitur. c. ubi. dist. 7. l. 37. §. 1. in fin. de  
restit. in integ. Sichard. ad l. un. n. 5. C. de nund. Boer. decis. 179. n. 3.  
(c) Coler. d. tr. p. 1. c. 2. n. 126. & p. 2. c. 3. n. 148. Diss. Pecc. in d. tr.  
c. 5. n. 1. seq. (d) Sichard. ad rubr. C. de pign. & hypoth. n. 18. Schneid.  
ad §. Item Servian. 7. Instit. de act. n. 43. id ipsum etiam in parentibus  
eos visitantibus & in famulis seu servitoribus eorum locum habere com-  
pertum est, arg. l. 2. & 3. ff. de usu & habitat. & l. 21. ff. de precat. Panorm.  
in c. f. extr. de foro compet. Rebuff. in tr. privil. 77. Decius in l. in omni-  
bus, 68. n. 9. de R. I.

XIIX. Restringitur autem hæc arrestandi licentia in legatis  
& ambasiatoribus: Illi enim ob æs alienum ante legationem  
contractum, in loco legationis arrestari non possunt. (a) Secus  
vero est si legatarii in loco legationis contraxerunt; Ibi enim

coguntur accipere iudicium, adeoque in eventum arresto tenentur. (b)

(a) Quia revocandi domum suam jus illis competit l. si quis in legat. 8. ff. de iudic. l. consensisse 2 § 3. eod. neq; ab officio susceptæ legationis avocari aut impediri debent, l. non alias 24. §. 2. in fin. l. de eo 26. ff. de iudic. quod in tantum verum est, ut legati in illa quoq; terra per quam transire & remeare coguntur, ab arresto sint securi. Innocent. in c. fin. n. 2. extr. de foro competent. Coler. d. tr. p. 2. c. 3. n. 193. & seq. (b) quia alias potestas dabitur legatis sub hac specie res alienas domum auferendi l. si legationis 25. ff. de iudic. Alberic. Gentil. de legation.

XIX. Eadem restrictio militat etiam in personis Illustribus, Comitibus, Nobilibus & militibus.

Illi enim capi vel detineri prohibentur, & eatenus tantum tenentur quatenus facere possunt. l. miles qui 6. & l. 18. ff. de re iudicat. gl. in l. nepos Proculo de V. S. Coler. p. 2. c. 3. n. 146. Schurf. cent. 1. consi. 17. n. 4. Quod tamen secus est, si ob delictum commissum arrestantur. Vulgo Wann die Faust von ihnen genommen. Si videlicet iudici vel ejus ministerialibus, ad evitandam custodiam vel incarcerationem arrestum prorsuserunt, vel interposita stipulatione ita relaxati sunt, ut moniti iterum se representent & certo loco sistant; tunc enim promissioni contra venire & arrestum deserere nequeant. Si vero hoc fecerint, subsidiarie citari & ad locum arresti revocari possunt, per l. in eadem causa ff. ex quibus causis majores. & gloss. ibidem & l. nec non §. 1. ff. eod. Br. in l. 1. n. 1. ff. de custod. rer. Gail. de pignor. obs. 9 n. 5.

XX. Pari ratione arresto non subjacent Confiliarii principum, (a) Doctores, Advocati & Medici. (b)

(a) Dicuntur enim pars corporis ejus l. quisquis 5. C. ad l. Iul. Majest. (b) l. medicos 6. C. de professor. & medic. Col. d. tr. p. 2. c. 3. n. 157. seq. quod tamen ita accipiendum est, si intra carceres sue vocationis se contineant; secus si excefferint, & vel negotiis exercendis vel rebus illicitis gerendis se immiscuerint; tunc expirat isthac immunitas, cum frustra legum imploret auxilium, qui ipsemet indignum se illo reddidit, l. 37. ff. de minor. Et vacantem rei illicitæ non debet excusare sua improbitas l. 203. ff. de R. I. l. 15. ff. si quis omis. caus. test. Caccialup. de debitor. suspect. & fugit. q. 5. n. 14. seq.

XXI. Qui salvo conductu gaudent, arrestum quoque formidare non debent.

10  
Quippe qui non solum ad accessum sed & discessum pertinet. Br. in l. utimur C. de sepulchr. violat. Zang de Except. p. 2. c. 5. n. 9. fides enim per sal-  
vum conductum data omnino est servanda. l. 1. de constit. pecun. Fachin. lib. 9. contr. c. 59. Bronch. cent. 1. evov. assert. 29. Sic qui iustificandæ appellatio-  
nis causa sunt citati, aut testimonii dicendi vel judicandi gratia sunt evo-  
cati, immunes sunt ab arresto & personali detentione l. consensisse 2. §. 3. ff. de iudic. gl. in c. ult. extr. de for. compet. Pecc. c. 5. n. 11. sub fin.

XXII. An vero civis pro debito civitatis, quæ se suosque aut eorum bona solenniter obligavit arrestari possit, non immerito in disquisitionem vocatur? Negativ. tamen ceu veriore[m] amplectimur: (a) Nisi omnes vel primores civium pro more civitatis istiusmodi obligationi consensum præbuerunt, (b) aut si in civitate certus est ordo decurionum, consulum, & tribunorum plebis in quos subditi omnimodam agendi potestatem transtulerunt, quique legitime & collegialiter vocati in eiusmodi obligationem consenserunt, tunc enim singuli civium rectè arrestantur. (c)

(a) Quia contractus non nisi contrahentes obligat l. quacunq[ue] 11. ff. de obl. & act. & licet magistratus sit dominus subditorum, non tamen dominus est bonorum particularium, cum quod meum est communitatis non sit. arg. §. universitatis 6. & §. singulor. 11. Inst. de rer. divis. l. ex hoc jure ff. de iust. & iur. l. venditor. 13. §. 2. ff. commun. pradior. l. sicut 6. §. si quid un. versit. 1. ff. quod cuiusq[ue] universit. nomine, & grave est, pro alienis debitis molestari l. un. C. ut nullus ex vicaneis l. 12. C. de omni agro deserto. l. 4. C. de execut. & exact. Novell. 52. c. 1. Gail de arr. Imp. c. 9. Hart. Pist. lib. 1. quæst. 37. Diff. Pecc. d. tr. c. 4. n. 13. (b) per l. fin. C. de vendend. rebus civit. Constit. Elect. 30. p. 1. Coler. d. tr. p. 2. c. 3. n. 329. (c) l. si is 11. ff. de pignor. l. item magistr. 14. ff. de pact. quod si vero subditus vel civis arrestatus universitatis debitum exolverit, in demnis debet servari per magistratum ex communi arario. Br. in l. 4. §. actor. n. 6. de re judicat. Coler. d. l.

XXIII. Arresti quoque incapaces sunt ministri mercatorum quos Institores vulgò seu factores vocant.

Quia is demum arresto impediri debet, qui suo nomine contraxit. arg. l. 11. ff. de O. & A. institor autem nudum ministerium exercet, idq[ue] alterius nomine & jussu l. fin. ff. de instit. act. & quod fecit institor, non præsumitur animo obligandi sese fecisse, sed tantum ad probandum institoris officium. Tum vero contrahentes fidem magis domini quam institoris sequi videntur.

utpote cujus conditionis plerumq<sup>3</sup> sunt ignari §. 1. Inst. quod cum eo qui in aliena pot. l. si institorem 29. ff. de reb. cred. Novell. Elect. p. 1. const. 29.

XXIV. Nec minus arresto non expositi sunt debitores rei minimæ seu modicæ.

Arg. l. 9. §. fin. & seq. 10. ff. de dolo. l. 9. ff. de contrab. emp. quamvis enim ex rigore iuris civilis actio etiam ob rem minimam detur, cum quolibet agendi causa non ex quantitate sed effectu æstimari debeat pr. inst. de Vibon. rapt. l. si proprietarius 22. ff. de damno infecto. actio tamen famosa ob rem minimam non facile conceditur arg. d. l. 9. §. fin. & seq. de dolo. cui cum arrestatio equiparetur modicum seu minimum debitum excludit. Dom. Cardinal. Tuschus. tom. 1. pract. conclus. lit. c. Guid. Pape decis. 324. n. 1.

XXV. Arresto etiam non tenentur, qui tempore contractus non fuerunt solvendo.

Injuste enim de paupertate seu insufficientia debitoris conqueritur, qui pauperem ut divitem acceptavit, cum non ignarus esse debuisset illius conditionis cum quo contraxit; quare sibi imputet, quod talem acceptarit. l. si arbitrio 10. §. qui satis dare coguntur. l. qui bonar. §. de illo. 6. de damno infecto. l. qui cum 19. de R. L. Pecc. d. tr. c. 5. n. ult. quod si tamen creditor conditionem debitoris probabiliter ignoravit excusatur. Alex. consil. 60. lib. 5. arg. l. si quis 3. ff. ad Sc. Macedon. l. si Titius 48. ff. de fide iuss.

XXVI. Frustra de arresto quoque quis sollicitat super eo, qui moratorias vel dilatorias literas, vulgò quinquenellen/ à principe impetravit, utpote quarum obtentu debitor arrestationis impetum amolitur.

l. quoties 2. C. de prec. imper. off. Cujac. 2. obs. 10. Molinaus de usuris q. 82. n. 624 quæ literæ quomodo & quo fine dentur non est hujus considerationis.

XXVII. Novissimè quæritur: An Cadaver seu corpus debitoris demortui, ob æs alienum arresto detineri & sepultura prohiberi possit, donec solvatur debitum vel ab heredibus caveatur? Affirmantium quidem partes masculè tuetur. Angel in Novell. 60. Nos vero humanitatis ratione adducti, negantium opinionem probabiliorē asserimus.

Text. in l. ne corpora 38. de relig. & sumpt. fun. l. cum sit injustum 6. cum Auth. seq. C. de sepulchr. violato. Novell. 60. ubi Cujac. Eman. Soarez. in thesaur. recept. sentent. lit. c. n. 1. Schneidvv. in pr. inst. quib. ex caus. manumitt.



10

mitt. non licet. Gail. de arr. c. 11. n. 28. idq; ex rationibus annexis partim quod religio defunctorum id non patiatur. l. pergit. 5. & l. seq. C. de sepulchro. viol. partim quod publice interfit, ob fetorem non diu iacere corpora inhumata l. 43. de relig. & sumpt. fun. Covar. lib. 2. Var. resol. cap. 1. n. 10. tum vero quod ignominiosum sit detinere corpora & ab omni humanitate alienum l. fin. C. de sepulchr. violat. adeo ut si quis contra venerit huic prohibitioni, debitum loco pene amittat & aliud tantundem heredibus injuriatis persolvere cogatur; tertia quoq; partis bonorum confiscationem cum infamia patiatur. Novell. 60. c. 1. & Auth. Item qui C. de sepulch. viol. Boer. decis. 287. n. 2.

XXVIII. A personis ad res jam transitum facturi, quæcunque bona tam mobilia quam immobilia; (a) sive sint tota debitoris sive cum alio communia (b) ex legitima causa arrestari posse asserimus; etiam eo in casu, quando debitor ratione loci in quo bona arrestantur sit extraneus. (c)

(a) l. 1. C. de prætore pign. Coler. d. tr. p. 3. c. 11. (b) arg. l. 6. §. 8. ff. commun. divid. quo tamen casu debitor socio de damno in parte ejus accepto tenetur: & arrestum pro parte debitoris saltem rem in effectu afficit. l. 3. & l. 20. ff. commun. divid. Pecc. d. tr. c. 4. n. 14. (c) quia eo ipso fundata est jurisdictio judicis, quod res de quibus executio decernitur extent in ejus territorio. Gail. 1. obs. c. 56. n. 4. Diss. Coler. d. tr. quoad punctum juris. p. 2. c. 3. n. 9. seq.

XXIX. Quin & bona defuncti arresto subjiciuntur propter anticipatam quorundam possessionem, qui cohæredes absentes vel ignorantes, quos ordo successionis ex æquo contingit, præventionem quadam antiquioris possessionis anteverunt, quorum tamen anticipata possessio cum sit violenta fraudulenta & vitiosa effectum juris non operatur, nec commodum possessionis tribuit.

Gail. de arr. l. imp. c. 1. n. 22. & c. 11. n. 33. cum paria sint non possidere vel nulliter possidere in l. 1. ff. uti possid. & in l. 1. ff. quod vi aut clam; ex malo quoq; principio legitima consequentia non infertur in l. fin. C. de natural. lib. & in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acquirend. possess. Et iniquum est captionibus judicia coerceri, æquam vero, ut quilibet intra septa inculpata possessionis se contineat.

XXX. Non prohibentur etiam Cauponarii pro consumptis in diversorio bona hospitum apud se divertentium, puta citas, Equos, currum, vestes, & alia arrestare & tam diu detinere donec pretium fuerit solutum.

Aut.

Ant. Negusant. de pign. membr. 4. n. 138. Coler. d. t. de process. p. 1. c. 2. n. 249. seq. quia publice interest, ut caupones sint, qui hospitia prebeant peregrinantibus in quæ de noctu aut interdium divertant. arg. l. 1. §. 1. l. nauta 5. ff. Nauta, caupones, stabul. Eadem autem suadit utilitas, ut ipsis super debito liquido absq; mora satisfiat, quo expensas in prosequendo debitore peregrino alibi commorante faciendas evitent, neq; tædio non receptæ solutionis affecti alios in posterum adventantes suscipere graventur: non secus atq; aurigis & tabellariis licitum est, si quid advexerunt vel attulerunt, vel quid expenderunt, pro mercede aut expensis tantisper retinere fardellum, donec solutum fuerit, Bl. in l. fin. C. commodati arg. l. 5. & 6. ff. qui potiores in pign.

XXXI. De salariis Doctorum, Professorum, Advocatorum, Medicorum & aliorum privilegiatorum peræquè dubitatur, an arresto teneantur? Nos igitur regulariter hoc fieri negamus, nisi in subsidium ob carentiam scilicet aliorum bonorum.

Arg. l. stipendia 4. C. de execut. rei judicat l. commodis 40. ff. de re judicat. quia ejusmodi salaria & stipendia in causam judicati per viam executionis, aliis bonis non existentibus capi possunt. Coler. d. tr. p. 2. c. 3. n. 144. seqq.

XXXII. An vero arrestum ex una causa impetratum extendatur quoque ad aliam, puta ex debito quodam chirographario ad causam emptionis, aut mutui simplicis? quæstionis est. Nos affirm.

Quia creditori ex consensu jus dicentis per arrestum attribuitur privilegium aliquod reale in bonis obligati l. si rem 9. §. proprie 2. & l. 5. §. 2. de pignor quod jus reale ob aliam etiam causam retineri potest l. un. C. etiam ob Chirographar. per pig. relin. Mollignatus. tract. de jure retentionis. quæst. 219. Negusant. de pign. p. 1. membr. 3. p. 5. n. 48.

XXXIII. Excipiuntur ab arresto bona Ecclesiæ, (a) bona dotalia, (b) & quæ debitori sunt commodata, oppignorata aut apud eum deposita. (c)

(a) Quia dominium semel quæsitum Ecclesiæ sanctum est domino, nec sine incurso sacrilegii capi, nisi cum autoritate judicis Ecclesiastici potest c. nulli 12. q. 2. extr. de reb. Eccles. non alinand. c. semel. §. 1. de R. I. in 6. §. sacra inst. de rerum divis. l. sancimus 21. C. de SS. Eccles. l. omnes 43. in pr. & §. 1. C. de Epis. & Cler. (b) l. 1. C. ad l. jul. de vi publ. & privat. ne femina vel remaneat indotata l. 1. solut. matrim. l. 2. de jure dotium. vel donec vivat  
in mat

in matrimonio necessaria destituatur exhibitione l. Mela 14. Ibidemq<sup>3</sup> Dd. & gl. ff. de aliment. & cibariis legat. tum vero dos & alimenta equiparantur, adeo ut statutum in uno, intelligatur etiam statutum in alio, secundum gloss. l. ob as. 12. C. de praed. min. quod in tantum verum est, ut ne quidem fructus ex bonis dotalibus stante matrimonio in arrestum veniant, cum in solo stantes sint pars fundi l. fructus 33. de rei vindicat. Et uxoris interesse non tantum in proprietate sed & in illo vertitur, quod ex tali usufructu honorum dotalium pendeat ipsius & totius familiae exhibitio l. pro oneribus 20. C. de jure dot. l. dotis fructum 7. ff. eod. (c) Quia in re aliena debitori nihil juris l. aliena l. rem alien ff. de pignorat. act. Ideo nec creditori eam detinenti, cum nemo alterius odio praegravari debeat. l. nemo de R. l. in 6. Et executio non nisi in bonis ipsius debitoris fieri debet l. 15. §. 4 ff de re judic.

XXXIV. Non obtinet etiam arrestum in alimentis (a) & stipendiis studiosorum, quae illis ad promovenda & continuanda studia a publico erogantur, (b) ne inopia coacti ea deserere cogantur.

(a) Quia executio in bonis alicujus alimentis destinatis denegatur l. si pupillus, 33. l. fin. ff. de reb. Author. judic. poss. cum alimentis quotidianis nemo sit fraudandus l. qui bonis 6 ff de question. honor. & necare videatur qui alimonia deneg. l. 4. ff de agnoscend. vel alend. lib. (b) Quia alimentis equiparantur: Alimentorum appellatio continet omnia ea, quae ad vitam beneperagendam sunt necessaria. proinde etiam sumptus studiorum. Ioh. Babt. Pontan. tr. de aliment. c. 7. n. 4. Cordub. de Lara in §. non tantum n. 31. Mart. Coler. de aliment. l. 2. c. 1. n. 9. Ioh. Petr. Surdus tr. de alim. t. 4. q. 8. n. 7. Et stipendia armatae militiae iudicati causa capi prohibentur, nisi in subsidium, l. stipendia 4. C. de execut. rei judicat, quidni ergo togatae?

XXXV. Arrestationem porro effugiunt bona feudalia; (a) Ratione fructuum autem, ex feudo perceptorum, quae tamen non nisi in subsidium, deficientibus bonis haereditariis capi possunt, arrestum obtinet.

(a) Curt. de feud. part. 4. n. 94. Goeden. consil. 25. n. 5. Hart. Pist. lib. 1. q. 15. n. 1. seq. quia propter debita Vasallorum in feudis nec hypothecca nec alienatio nec executio admittitur c. un. de prob. bit. feud. alienat. per Frid. lib. 2. f. Vult. lib. 1. feud. c. 10 n. 42. arrestum autem est species executionis. Gail. de arr. c. 1. n. 10. (b) Quia illud non in praedjudicium Domini, sed Vasalli tantum cedit, cui fructus alienare & pro arbitrio de illis disponere licet. c. un.

C

An



*An agnat. vel fil. vers. sed in fruct. l. 2. F. Schrad. de feud. p. 8. c. 1. n. 28. Rosent. synopsis feud. c. 9. conclus. 15. n. 7. Diss. Vult. de feud. lib. 1. c. 10. n. 57.*

XXXVI. Ab arrestatione quoque immunita sunt arma & equi militum.

*Cum publica utilitas suadeat ut illa militibus non auferantur aut retardentur, potissimum quando in expeditione versantur. & milites sine horum adminiculis vocationis suae munus circa praelia obire aut Rempublicam defendere nequeant Bl. in rubric. C. qui bonis ced. poss. Alciat. in l. nepos Proculo 125. de V. S. Pecc. d. tr. c. 5. n. 4. quod privilegium cum partim ob dignitatem personae, partim ob Reipubl. defensionem sit introductum, hodiernis etiam militibus sartum tectum relinquitur, propterea quod ratio illius etiamnum duret. Mynsing. ad rubr. inst. de militar. tectam. n. 4. seq. Bocerus tract. de jur. pugn. lib. 1. c. 28. Gail. 2. obs. 118. n. 1. licet nonnulli negent pristinis militiae privilegiis milites etiam nostros, utpote qui in bello sint segnes in pace tumultuosi, frui, cumq; ordo & solennitas assumendi milites in desuetudinem abierit. Iason. in Auth. si qua n. 7. C. de SS. Eccl. Obrecht. in disp. de disciplin. militar.*

XXXVII. Arrestum quoque non stringit instrumenta agriculturæ, tam animata quam inanimata, ut sunt servi, equi, boves aratorii, pecora stercoreationis causa comparata, aratra, plaustra, & similia, quibus agricolæ pro subigendis, renovandis & impinguandis agris indigent (a) nisi alia bona ad satisfaciendum deficient. (b)

(a) *Per l. 8 ff. de instructo vel instrum. legat. c. fin. extr. de treug & pace. & ratio est quod instrumenta in favorem agriculturæ pignori capi vel auferri non possint. arg. l. executores 7. l. pignor. 8. & Auth. agricultores. C. quæ res pignor. oblig. poss. Sichard. ad rubr. d. t. n. 5. Coler. d. tr. p. 2. c. 3. n. 187. seq.* (b) *Quia alias nemo facile inveniretur, qui cum rusticis contrahere aut increditum ire vellet; Et si contingeret, illi cum detrimento creditoris locupletarentur. quod contra l. 14. ff. de condict. in deb. favores enim sic attendendi ne tertio fiat præjudicium. c. nuper 6. vers. quod autem extr. de donat. intr. uxor. & vir.*

XXXVIII. Neque arrestum admittunt bona statuum imperii ob tardatas solutiones collectarum per Fiscum Caesaris cum constitutionibus Imperii certus procedendi & exigendi modus contra morosos & reliquatores præscriptus sit, videlicet poena dupli vel banni.

*Gail. de arr. Imp. c. 11. n. 32.*

39. Cas.

XXXIX. Cæterum cum Arresta quæ fiunt via facti seu propria auctoritate sine causæ cognitione, de jure omnino sint interdicta, (a) adeundus est iudex (b) & quidem competens cui immediate bona subjecta sunt, (c) sive in iudicii loco sive extra eum, (d) illiq; breviter exponendum, quomodo debitor sit obligatus, quodve vel fuga debitoris vel reliquorum creditorum præventio metuenda, petendumque ut arrestum decernatur.

(a) Quia iudicium ab executione non est inchoandum l. ult. C. de execut. l. si cum 58. ff. de re iudicat. Nemoq; in propria causa sibi jus dicere debet l. 10. ff. de iurisdic. Imo in hoc differunt captura & arrestum quod illa propria auctoritate fieri possit, hoc nõ item l. ait prætor. 10 § si. deb. 16. quæ in fraud. cred. Myns. 2. obs. 65. & 4. obs. 69. (b) l. pen. ad. l. jul. de vi privat. Non enim nisi aditus ad detentionem vel manus injectionem, pro commo privato properare potest l. 4. §. hoc autem 8. ff. de damno infecto. (c) Cum iudici incompetenti reus nõ arctetur parere l. 20. ff. de iurisdic. Et quod à iudice in competente fit, perinde habetur ac si privata auctoritate factum esset. l. 3. ff. de offic. pro consul. Br. in l. creditores 3. C. de pignor. n. 26. Vant. in tr. null. tit. de null. ex defect. iurisdic. ord. n. 107. (d) Non enim requiritur ut creditor iudicem pro tribunali sedentem adeat, sed sufficit, si eum domi sua vel in via publica vel in alio loco pro arresto sibi decernendo compellet, propter periculum quod subesse præsumitur. Moller. 3 Semestr. c. 44.

XL. Num vero debitori in loco domicilii, (a) an in loco celebrati contractus, (b) an in loco situatorum bonorum, (c) an vero in loco destinatae solutionis, (d) (cum tot modis forum fortiri possit) arrestum sit imponendum, disquisitionis est; Et quod ubique locorum prædictorum hoc rectè fiat, erit asserendum; si modo præoccupationis & præventionis ratio habeatur, adeo ut qui prior est in impetrato arresto, reliquis coarrestantibus præferatur. (e)

(a) Coler. d. tr. part. 2. c. 1. n. 19. seq. arg. l. 2. C. de iurisdic. c. fin. extr. de foro compet. domicilium autem quis habere dicitur non solum ubi domum sed etiam ubi larem aut rerum suarum sedem constituit l. cives 7. C. de incolis & ubi quis. l. 6. §. filius cum l. 20. ff. ad municip. (b) l. heres §. 1. & 2. l. 24. ff. de iudic. c. Roman. 1. §. contrahentes de foro competent in 6. Gail. 2. observ. 36. n. ult. (c) d. c. de for. comp. in 6. l. non alias 24. §. 2. l. 38. de iudic. l. fin. C. in rem actio l. unic. C. ubi ubi de hered. agatur.

C 2

(d) l.

(d) l. contraxisse 21. ff. de Ob & A. l. 3. §. fin. ff. de bon. auth. jud. poss. (e) Indistincte tamen hoc non procedit, cum, qui in loco contractus arrestum prius impetravit alii posteriori in loco domicilii idipsum attentanti non preferatur. Franc. Rip. in c. 1. Extr. de foro compet. n. 65. quamvis creditor, qui in loco domicilii arrestum impetravit, absq; ulla exceptione, jure prelationis obtineat, per c. si clericus extr. de foro competenti l. jurisdictionem 2. C. de juridict. Nec arrestum in loco bonorum situatorum impositum efficax est nisi concurrente vel loco contractus vel loco domicilii. Coler. d. tr. p. 2. c. 1. n. 47.

XLI. In domo quoque sua vel atrio ex gravi causa post interpositam causæ cognitionem decreto magistratus, aliquis affigi vel arrestari potest; (a) potissimum si talis arrestandi modus statuto quodam in provinciam aut urbem introductus, diuturniori inhabitantium approbatione sit munitus. (b) Quemadmodum hoc ipsum in quibusdam Ducatus Megapolensis oppidis & aliis locis receptum esse praxis quotidiana testatur ut morosis debitoribus, aut magistratus imperium præfractè detrectantibus exeundi & negotiandi facultas interdicto præcludatur, donec vel magistratui obtemperaverint, vel satisfactione de obsequio præstando caverint. Vulgò Das Bürgerliche Einlager/So einer in sein eigen Haus verstrickt wird.

(a) l. succurritur 9. in fin. & l. seq. cum l. 28. §. 1. ff. Ex quib. caus. majores. restit. l. potest. ff. de interd. & relegat. l. 1. §. & Urbe ff. de offic. præf. Urbis. Sic Romani olim servos seu famulos suos à quibus offensi erant in villam quandam destinabant, ut commorarentur illic donec ira de illis concepta impetus defervuisset l. ex facto 35. §. rerum ff. de hered. instit. Et Suetonius in vita Tiberii, de Julia uxore Imperatoris refert, quod eam Imperator ex constitutione patris uno oppido clausam, domo quoq; egredi & commercio hominum frui vetuerit; quam prohibitionem prisca Icti interdictionem. Dd. vero moderni modò arrestum modo affinationem modò districum modo Gifilationem appellant. Iodoc Dambud. in pract. crim. c. 147. n. 4. Ant. Comet. Var. resolut. lib. 3. c. 8. n. 2. VVesebec. Consil. 43. n. 78. p. 1. quamvis vero domus tutissimum cuiq; refugium ac receptaculum sit contra vim l. pleriq; 18. ff. de in jus vocand. Attamen cum per arresti denunciationem nulli debitori vis inferatur aut extractio arg. l. dies 4. §. prator. 5. ff. de damn. infect. Utiq; licita erit talis arrestatio Gail. de pignor. c. 9. n. 5. Diss. Pecc. d. tr. 6. n. 3. (b) arg. l. omnes 9. ff. de just. & jur. cum consuetudo  
inve-

inveterata legi naturam induat, l. 33. ff. de leg. Et per annos plurimos ob-  
 servata civium conventio non minus quam jus scriptum servanda sit, l. sed  
 etiam 35. ff. eod. Usus namq; longa consuetudine obtentus rebus legem im-  
 ponit l. 1. §. nulla C. de jur. vet. enucl. l. quod si nolit §. quia assid. ff. de edilis.  
 edicto. Non obstante quod cives & incolae non possint capi pro debito, nisi sus-  
 specti sint de fuga & bona immobilia nulla possideant l. 12. C. de O & Alt.  
 junct. l. 15. ff. qui fatid. cog. spectandum enim, quid moribus cujuslibet civi-  
 tatis receptum & observatum sit: tolerabilia enim sunt quae vetus consue-  
 tudo comprobatur in l. Imperatores ff. & in l. non tantum §. fin ff. de decurion.  
 Gail lib. 2. obs. 44. n. 11.

XLII. Debitor autem de fuga suspectus aut vagabundus nec  
 non qui propter dilapidationem aut bancarupturam fugitivus,  
 ubicunq; reperitur arrestari potest.

arg. l. 1. C. ubi quis de curial. vel cohort. l. ait praetor. 10. §. 16. quae in fraud.  
 cred. Myns. 2. obs. 65.

XLIII. Cumque actus illi in quibus periculum ob moram  
 extimescendum neque ad locum neque ad tempus sint alligati, (a)  
 non dubitamus quin arrestum quocunq; tempore, etiam diebus  
 feriatis, (b) quin imò de nocte (c) concedi & expediri queat.

(a) In c. significarunt 21. §. verum extr. de judic. Moll. lib. 3. Semest. c. 44.  
 n. 4. (b) ne occasione unius momenti res tota pereat. arg. l. omnes 3. C. de  
 feriis l. 1. §. 2. l. 2. & 3. ff. eod. Sichard. in l. unio. n. 12. C. de prohib. sequestr.  
 pec. Necessitas, enim legibus soluta legem aliquando facit, licitumq; red-  
 dit quod aliàs illicitum Dec. in l. quae propter n. r. & R. 1. (c) Si videlicet  
 creditor praeventionem ab aliis creditoribus metuit Pecc. d. tr. c. 10. n. 2, quia  
 propter necessitatem aut rei excidium quandoq; sententia noctu fieri potest  
 Br. in l. mora 8. ff. de feriis n. 1.

XLIV. Quodque lite pendente arrestatio licite fiat, explo-  
 rati juris est.

Pecc. d. tr. c. 4. n. 6: litis enim contestatio & persecutio deterio-  
 rem reddere nequit, multo minus damnum aliquod creditori inferre. l. non  
 solet 86. & l. 87. ff. de R. I. l. in compensat. 8. ff. de compensat. cum jura vigi-  
 lantib. scripta sint l. pupillus 24. ff. quae in fraud. cred. nec quidquam adversa-  
 tur quod pendente lite nihil sit innovandum l. 1. ff. nihil. nov. appell. interpos.  
 c. non solum de appellat in 6. Id enim de judicialibus exaudiendum est. Ar-  
 restatio autem est extrajudiciale quid, uti ex dictis patet, tum vero in de-  
 bitore



bitore suspecto multa licent, quæ aliàs prohibita sunt. Sicbard. ad l. un. n. 13.  
C. de prohib. seq. pec.

XLV. Immunitatem vero ab arresto præbet nundinarum  
tempus, (a) non quidem hebdomadaliū aut mensuarum, ni-  
si privilegio sint munitæ sed potissimum solennium quæ bis aut  
ter quotannis celebrari consueverunt, aut annalium aut lustra-  
lium.

Idq; tam jure civili quam Saxonico; illud quidem per l. un. C. de nund.  
& mercat. Novell. ut non fiant pignor. 52 c. præterea sancimus. Hoc vero per  
Novell. Elect. Aug. 1. const. 30. §. Wir wollen. In causa est utilitas publica;  
quo nimirum commercia imprimis exotica, quibus vita nostra carere ne-  
quit, eo celerius & copiosius advehantur & exportentur, l. 1. de contrah.  
empt. & vend. Locus autem nundinarum præcisè intelligendus est ille, ubi  
nundinae celebrantur, non intermedius itineris, per quem forte debitor ad  
nundinas ire & redire necessum habet: Ratio est quod beneficium hoc sit lo-  
cale & ad certum nundinarum celebrandarum locum restrictum per d. l.  
un. in fin. C. de nund. privilegia; autem restricta non sunt extensiva arg. l.  
17. C. de decurion. l. 2. §. 3. ff. de judic. d. Novell. Elect. p. 1. constit. 30. §.  
Innerhalb.

XLVI. Immunitate tamen isthac non gaudent debitores  
fugitivi, (a) banniti, relegati, (b) & huic privilegio renunciantes,  
(c) perinde ut nec debitum juratum. (d) Et quod in ipsis nundi-  
nis est contractum. (e)

(a) Quia fugitivus per fugam seipsum tali beneficio reddit indignum  
l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred. arg. l. 1. C. ubi quis de curial. vel cohort.  
Castialup de debitor. susp. & fugit. q. 4. n. 2. (b) Etiam si injustè rele-  
gati sint; donec bannisatio seu relegatio illa declaretur injustè esse fa-  
cta. l. relegati ff. de pœnis l. divi fratres eod. Cum ejusmodi homines exi-  
stimentur esse hostes civitatis l. amissione §. qui deficiunt ff. de cap. minut.  
l. 1. C. de hered. Instit. Hostes autem non sunt participes tantæ immunitatis  
l. mercatores 4. C. de commerc. & mercat. tum v. metuendū est, ne istiusmodi  
criminosi homines aliquid detrimentosi contra rempublicam sint machi-  
naturi, pacemq; publicam seu nundinas turbaturi, quas tamen omni peni-  
tus turbâ remotas esse expedit reipub: quare malitiæ huic ruinam Reipubl.  
minitanti occurrendum l. in fundo ff. de rei vind. (c) Licet vero com-  
modum publicum concernant nundinae; Unde dicendum, quod privatorum  
pacta



10  
pacta seu renunciaciones illi non derogent. Principaliter tamen ob privatorum utilitatem introductas esse constat licet secundario publicam causam annexam habeant, ideoq; huic etiam favori renunciare licet. Alciat. n. 33. ad l. penult. C. de pact. (d) Arg. deducto a salvo conductu, qui non extenditur ad debita jurata; Ita & nundinarum privilegium. Pecc. d. tr. c. 10. n. 3. in med. (e) l. heres absens §. proinde 2. ff. de judic. ne occasio & fomentum delinquendi tribuatur mercatoribus & impostoribus, qui sub pretextu istiusmodi immunitatis, alienas merces sine ullo precio secum essent averturi, per tex in l. si legationis 25. ff. de judic.

XLVII. Cessat quoque immunitas isthæc, si nundinæ per signum campanæ sunt finitæ, (a) aut per desuetudinem abrogatæ (b)

(b) Coler. d. tr. p. 2. c. 3. n. 155. seq. privilegium enim hoc est temporarium & strictè accipiendum. proinde non ulterius extendendum l. scire 13. §. 1. ff. de excus. tut. (b) Si enim nundinæ per integrum decennium celebratæ, non sunt vires suas amittunt. l. 1. ff. de nundin. Azo in l. un. C. eod.

XLIIIX. Ad decernendum igitur arresti nexum, à parte creditoris requiritur, ut probet debitum, non quidem in forma iudicii, per modum processus, cum periculum moræ hoc ægrè patiatur sed per nudam saltem exhibitionem obligationis vel instrumenti, vel per productionem testium, qui contractui vel numerationi interfuerunt. (a) Deinde probet, debitorem esse multo ære alieno obstrictum & facultatibus labi, adeoq; solvendo esse insufficientem. (b)

(a) Gail. lib. 2. observ. 44. n. 8. Gæden. Consil. 106. Executio enim non potest fieri nisi in liquidis & probatis debitis, Br. in l. 4. §. si ex convent. n. 1. ff. de re judicat. Et juris civilis ratio suadet ut debitor debitum suum tam per testes, quam literaria documenta probare possit. arg. t. t. ff. de probat. & presump. & ff. de fide instrument. Mascard. de probat. Vol. 1. Conclus. 455. n. 2. (b) Pecc. d. tr. c. 16. n. 4. Græven. lib. 2. pract. conclus. 44. n. 1. quæ tamen requisita hodie non exactè observantur præsertim in forensibus & extraneis; sed iudex præmissa cautione indemnitatis simpliciter ad petitionem & instantiam creditoris arrestum decernere solet. Gail d. observ. 44. n. 10.

XLIX. Quemadmodum vero iudex circumspēctus in concedendis arrestis non statim ad nudam cuiuslibet creditoris petitionem, facilis, præceps, & præposterus esse debet (a) Ita de arresto decernendo requisitus illud denegare nequit (b) Ne vero ob id incommodum aliquod sentiat cautionem à creditore de servando indemne tribunal & refundendo expensas cum omni interesse in casum succumbentiæ exigere potest (c)

(a) Per l. qui bona 13. §. qui damni 3. ff. de damn. infect. arg. l. 8. §. 17. ff. de transact. (b) Aliàs tenetur petenti ad interesse arg. l. ult. C. de pæn. jud. qui male iudic l. 4. C. de custod. reor. cum iudex parti læsa omnem jacturam ex negligentia sua illatam ex suis facultatibus resarcire teneatur. l. si quando 19. in fin. C. de testib. (c) Iudex enim in eo semper debet elaborare et assecuretur iudicium. Coler. d. tr. p. 1. c. 2. n. 116 Schneid. Instit. de satisd. n. 6.

L. Ad formam arresti Saxonici non sufficit arrestum semel esse decretum & concessum, sed requiritur insuper ut legitima accedat renovatio & prosecutio, quæ in eo consistit; ut creditor à primo arresto impetrato illud in tribus iudicis terminis vel tribus quaterdenis bis renovet & tertia vice seu quaterdena libellum simul arrestatorium iudici exhibeat.

Novell. Elect. Aug. p. 1. Const. 29. Coler. d. tr. p. 1. c. 2. n. 185. Rauchb. part. 1. quest. 3. n. 1. quia vero istiusmodi renovatio de una quaterdena in aliam est de forma substantiali & solennitate arresti Saxonici, utiq; omitti nequit. alias foret nullum. arg. l. scire 13. §. 4. ff. de excusat. tutor. l. 8. §. 17. ff. de transact. Zang. de Except. part 2. c. 1. n. 268.

LI. Effectus arresti est circa personam, quod arrestatus ex loco arresti discedere non possit. Sed tædio arrestationis affectus aut debitum solvat. Aut cautionem iudicio sisti & iudicatum solvi arrestatori præstet. (a) In bonis vero arrestum operatur ius tacitæ hypothecæ, inducitque privilegium prælationis circa concursum creditorum. (b)

(a) Gail. de arrest. c. 1. n. 15. arg. l. 5. ff. ut in possess. legat. seu fidei commiss. quod tamen ad heredes non extenditur, sed cum arrestato extinguitur, propterea quod conditio personæ locum facit arresto; Ideoq; deficiente conditione, deficit auxilium l. 24. & l. 196. ff. de R. I. (b) Pecc. d. tr. c. 35. n. 5. quod tamen potissimum de arresto Saxonico intelligendum est, Coler. d. tr.

p. 3. cap. 11. n. 26. seq. Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 268. Rauchbar. p. 1. quest. 4.

LII. Ad relaxationem arresti antequam accedamus, lubet disquirere; an injuriarum teneatur judex, (a) aut creditor, (b) qui vel personam vel bona alicujus frivole & injuste arrestari faciat? quod dicendum videtur:

(a) Quia nec magistratibus licet aliquid injuriose facere l. nec magistr. 32. de injur l. factum 170. ff. de R. I. Et cum discrimine alterius existimationis temere vagari injuriosum est l. prator edixit ff. de injur. Est enim sapientis judicis cogitare, sibi tantum esse permissum, quantum commissum. Cic. in orat. pro A. Cluent. quemadmodum etiam de damno & interesse in subsidium conveniri potest § sciendum 2. inst. de satisfact. tutorum l. 15. §. 1. de judiciis. (b) Idq; ex eo quod injuriarum teneatur is, qui non debitorem quasi debitorem appellavit. l. 15. §. si quis 31. & §. si quis non 33. de injuriis. l. si creditores 31. §. ult. ff. de reb. auth. jud. possid. Mynsing. 3. observ. 88. Gail. 1. de arrest. c. 14. n. 4. quare & creditor ad refusionem expensarum tenetur l. quod te 5. Si certum petatur. l. 1. & ibi Dd. C. de his que vi. metusve causa, Et quidem utili actione l. Aquil. Mynsing. 5. obs. 69. n. 5. Coler. p. 2. c. 3. n. 39.

LIII. Haftenus de arrestis imponendis: Edifferendum nunc paucis quomodo relaxentur & resolvantur: Et quidem arrestum aut est justum aut injustum. Si hoc: simpliciter ad petitionem arrestati remittendum est (a) Sin illud, aut impositum est arrestum propter debitum illiquidum & quod debitor negat, aut propter liquidum & a debitore confessatum; priori modo arrestum relaxatur sub idonea & sufficienti cautione, (b) posteriori vero nulla cautio admittitur sed debitor praecise cogitur solvere & adimplere id, ad quod tenetur. (c)

(a) arg. c. redinteg. 3. q. 1. propterea quod de facto demum substitit, ipso vero jure nullum sit & inefficax. cum paria sint aliquid non fieri aut non recte fieri l. quoties 6. qui satisfact. cog. l. quamvis §. 8. ad SC. Velleian. nec praestat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum c. non praestat 7. de R. I. in 6. l. si vero 8. de bon. libert. (b) l. si fidejussor 7. §. fin. qui satisfacere cog. l. 6. de offic. praesid. l. 2. C. de ordn. cognit. l. litibus 20. C. de agric. & censit. Pecc. d. tr. c. 45. n. 3. Schurff. cent. 3. consil. 15. n. 13. Gail. de arr. c. 4. n. 11. (c) Si haeres 73. ff. de legat. 1. l. 2. §. 4. de re judicat. Et quia

D

alias

*alias ad solvendum condemnatus non satisfaciat iudicato, si offerat fidejussores vel pignora l. 3. C. de fruct. & lit. expens. c. ex parte de V. S. l. si finita §. si quis damn. cum l. seq. de damno infect. Panorm. in c. quoniam frequenter §. in aliis n. 3. seq. extr. ut lite non contestata Hering. de fidejuss. c. 15. n. 57.*

LIV. Restat ultimum; scilicet quomodo violatum arrestum fit puniendum. Et quidem, qua pœna sit afficiendus debitor, qui temerè ex arresto sine licentia creditoris discesserit, aut bona arresto constricta dimoverit. Dd. variant. Nos ita distinguendum arbitramur; Quod violetur arrestum aut ratione rei adeò ut bona arrestata asportentur aut alienentur & punitur contemptus iudicis. (a) aut violetur ratione personæ, idque vel in causa civili, adeò ut arrestatus insalutato creditore & iudice discesserit; Et relinquatur arbitrio iudicis quomodo arrestum vel redintegrare vel frangentem idipsum punire velit: (b) vel in causa criminali (c) & violator potest proscribi & banniri. (d)

(a) Per l. si familia 9. ff. de iurisdic. l. debuit ff. de arbitr. l. litigatores, de operis nov. nunc. l. stipulatio §. opus de interrogat act. l. relegati §. penult. ff. de pœnis. (b) l. 1. ff. de effract. & expil. Et conveniendus est, ex edito l. un. ff. si quis ius dicenti non obtemp. Ubicunq; enim in iure nostro, pœna absolute mentio fit intelligitur arbitraria secundum gloss. singular. & comm. approb. in l. 3. C. de SS. Eccles. adeò ut si aut ad requisitionem iudicis se sistit debitor, per multam pecuniariam satisfaciat iudici. Monach. in process. part. 20. c. 7. Pecc. d. tr. c. 28. n. 1. Aut in locum arresti redire recuset, adeòq; iudicis iussum detrectet. Et sic iudex ad relegationem procedere potest. (c) Quamvis vero arresta in causa criminali non facile admittantur. Mindan. in process. lib. 1. c. 40. Si tamen alicubi ita consuetudine receptum est, utiq; dicta pœna banni aut proscriptionis obtinet. Dan. Moll. ad constit. Saxon. p. 1. constit. 30. n. 19. cum violator incidat in pœnam effracti carceris per l. 13. ff. de custod. & exhib. reor. Et e custodia aufugiens, habeatur pro confesso & convicto. Boer. decis. 115. n. 9. Menoch. lib. 2. arbitr. iud. cent. 4. casu 301. n. 11.

LV. Pœnam autem violati arresti declinant; 1. Propter justam causam ex arresto aufugientes. (a) 2. Aut injuriam sibi per arrestum factam existimantes, ideoque ad superiorem confugientes

gientes de gravamine conquesturi. (b) 3. Fugitivi sed poenitendo fugam deserentes & ante emanationem novae citationis in locum ex quo pedem moverunt se representantes. (c) 4. Ex permisso solius creditoris irrequisito iudice dimissi. (d) 5. Et iussu parentis aut Episcopi superioris advocati. (e)

(a) Coler. d. tr. p. 3. c. 11. n. 52. Berlichius part. 1. concl. pract. concl. 53. n. 35. seq. puta ex causa incendii, pestis, ruinae, incursus latronum aut gravioris mali imminentis arg. l. 2. §. si quis 3. cum seq. & l. si is 6. ff. si quis caut. judic. sisti. Nam in omni re vel promissione intelligitur clausula, rebus in eodem statu permanentibus l. quero §. inter ff. locati: quare superveniens periculum, excusationem praebet inopinanti. quemadmodum etiam mulier, quae metu libidinis commentariensis e carcere vel arresto aufugit, praedicta poenam non tenetur. Bl. ad l. 1. C. de edilit. act. (b) Dan. Moll. ad constit. Saxon. part. 1. const. 30. n. 17. (c) Quia non videtur divertisse aut recessisse, qui statim redit l. divortium 3. ff. de divort. l. plerique ff. de jure dot. Pecc. d. tr. c. 28. n. 5. (d) Etenim volente & consentiente creditore debitorem dimitti & arrestum relaxari posse extra controversiam est, etiam invito & irrequisito iudice. Br. in l. 1. §. & post operis. n. 4. ff. de novi oper. nunc. cum rem etiam judicatam victor in causa possit tollere & novare sua voluntate l. 4. §. si ex conventionem ff. de re judicata & l. 40. de minor. licet contrarium velint alii, quod scilicet sine permisso iudicis impune quicumque non possit ex arresto recedere, sed opus sit ei bulleta iudicis, cum ejus sit relaxare, cujus est carcerare l. fin. ff. de offic. procur. Caesar. l. nemo 37. & l. 35. de R. I. procedit tamen hoc precise in terminis carcerationis: Secus vero est in arrestu, utpote quae pendent a potestate creditoris, adeo ut iudicis officium hoc casu succedat in vicem partis. arg. l. creditores 3. C. de pignor. l. 1. C. si in causa judicati. (e) Scilicet scholastici aut alii, qui imperio superioris obtemperare necessum habent. Velle enim non creditur, qui obsequitur imperio parentis vel domini l. 4. ff. de R. I. Ideoque licet ex districtu arresti in salutato magistratu discesserint, non praesumitur ex malitia vel in contemptum hoc fieri; si modo ipsimet talem iussum non procuraverint. Iason. in l. ult. ff. qui satidare cog. n. 9. & c.

D 2

De

LVI. De obſtagiis porro nonnulla hic attexenda eſſe mone-  
mur cum & illa affine arreſtationi ſint remedium, & uſus eorum  
inter nobiles non infrequens. Eſt autem obſtagium (a) conven-  
tio quædam jurata vel aliter datâ fide confirmata, (b) deſiſtendo  
& non recedendo ex certo loco donec conventis ſatiſfiat. (c)

(a) Anton. de Bulrio in c. ex reſcript. extr. de jurejurand. Iaſon. in l. ſi  
convenerit. n. 41. ff. de judic. Obſtagium ab obſiderando deducere videtur  
Coler. d. tr. de proceſſ. execut. p. 1. c. 8. n. 5. eò quod obſeſi quondam dabant  
vades & ſponſores in publica cauſa pro ſervandis fœderibus, quos obſides ap-  
pellarunt. Germ. die Leiſtung oder Leiſtmanung. Differt autem obſta-  
gium ab arreſtatione, quod hæc expediatur interveniente juſ dicentis ejus-  
ve familia officio. Detentio autem ad obſtagium communiter fit median-  
te interpellatione creditoris etiam extra judiciali c. ex reſcriptis. extr. de  
jurejurando. niſi forte debitor requiſitus ut ſe ſiſtat pro obſtagio in loco deo-  
putato, gravetur, tunc enim judex exorandus ut debitorem compellat ſer-  
vare conventa. Coler. d. l. n. 1. (b) Non autem ſunt contra bonos mores  
obſtagia, aliâs juramentum tali pacto ſuperveniens non foret obligatorium  
c. non eſt obligator. extr. de R. I. in 6. cum tamen juramenti appoſitio tale  
pactum à privatis initum confirmet. Panorm. in c. ex reſcript. n. 7. extr. de  
jurejur. (c) Quæ ſane conventio non principales tantum concernit de-  
bitores ſed & fidejuſſores: Promiſerunt enim & illi quoq; olim, niſi prin-  
cipalis debitor ad diem conſtitutum ſolveret, ad certum ſe venturos locum  
neq; inde diſceſſuros, donec ſolutio fieret. Sichard. ad l. ob as n. 5. C. de ob-  
lig. & Act. Hering. de fidejuſſ. c. 17. n. 66.

LVII. Licitæ vero ſint obſtagia an illicita à nonnullis diſce-  
ptatur; neque id injuria: cum in reſſibus & aliis Imperii conſti-  
tutionibus exterminium quodammodo paſſa videantur: Verun-  
tamen, de jure Canon. (a) perinde ac civili, (b) licita eſſe, explo-  
ratum eſt: quin imò in reſſibus Imperii quondam approbata.  
teſtatur Gailius; (c) ſed propter abuſum & ſcandala publica no-  
viſſima imperii conſtitutione, nec non jure Saxonico, hujusmodi  
obſtagia proſus abolita & ſublata ſunt, adeò ut in univerſo Ro-  
mano Imperio hodiè pro illicitis habeantur. (d)

(a) Per text. in d. c. præſcript. extr. de jurejur. gl. ibidem & commu-  
niter Canoniſtæ. (b) Quia pactum quo debitor ob moram tardatæ ſolu-  
tionis ad carcerem ſe obſtringit eſt licitum l. 3. §. 3. ſub fin. §. ſeq. ff. de lib.  
hom.

10  
Bon. exhib. l. 9. ff. de serv. exportand. Berl. concl. pract. 27. p. 2 n. 7. Obstagiæ  
autem sunt species carceris l. succurritur §. final cum l. seq. ff. ex quibus  
causis major, & in l. nec non §. item ff. eod. Tum vero nihil magis bona fi-  
dei convenit quam pacta servare l. empto ff. de act. empt. & vend. & l. 1. ff.  
de pact. Coler. d. tr. p. 1. c. 6. n. 78. (c) lib. 2. pract. observ. tit. 45. & lib. 2.  
de pac. publ. c. 2. n. 5. seqq. Recept. Imp. Anno 48. sub tit. von wucherlichen  
contracten. (d) Anno 1577. sub tit. 17. §. wie wol auch. Gail. de arr. c. 9.  
n. 15. Novell. Elect. August. p. 2. Constit. 22. Wir wollen auch das einreiten.  
Quia in terris Saxonie ubi instrumenta sigillata paratam merentur exe-  
cutionem, dimissâ via obstagii executio in bona debitorum vel fidejussorum  
decernitur. Hering. de fidejuss. c. 17. n. 66. Iohan Köppen decis. 3. n. 1. Ern-  
Cothman. respons. 19. n. 5. Regn. Sixt. consil. Marburg. 12. n. 132. Treut. Vol.  
2. disp. 28. 0. 4. lit. F.

LII X. Receditur autem ex obstagio non secus atque ex ar-  
resto, solvendo nimirum ad quod sese obstrinxit obstagiatus; (a)  
non vero bonis cedendo. (b)

(a) Cum omnis obligatio solutione tollatur, princ. inst. Quibus mod. toll.  
obl. l. 4. §. 3. ff. de re judicat. deficiente autem solutione, ad obstagii relaxa-  
tionem sola creditoris obstagiatum dimittentis sufficit indulgentia, adeo ut  
licet obstagiatus admonitorium etiam iudicis ingressus sit obstagium, possit  
nihilominus impune recedere solo creditore permittente, iudice vero invito  
seu irrequisito. Coler. d. tr. p. 1. c. 6. n. 57. Quo pacto autem puniatur qui sine  
permisso creditoris ex obstagio discesserit. explicat idem p. 3. c. 11. n. 49.

(b) Quia obligatus ad factum, non liberatur cedendo bonis. Iason. in §.  
fin. n. 12. instit. de act. l. stipulation. 54. §. fin. ff. de verb. obl. Tum vero cessio  
principalis rei seu debitoris non liberat fidejussorem, quia personalis est ex-  
ceptio quæ ad fidejussorem non extenditur l. exceptiones 7. ff. de except. c.  
privilegium extr. de R. 1. in 6. §. fin. instit. de replicat. Dd. in l. 1. C. qui bon-  
ced. Idq; exinde, quod fidejussorem accipiens, id egisse videtur ut in even-  
tum facultatibus lapsio debitoris, à fidejussore suum recipiat l. 1. §. sed aut  
proprio ff. de A. & O. cum l. si reus, 12. ff. judicat. solvi. Ideoq; provisio cre-  
ditoris hanc exceptionem imprimis stringit & à fidejussore removeret. Cu-  
jac. lib. 19. observ. cap. 29. Hering. de fidejuss. c. 27. n. 100. Diss. Gail. 2.  
observ. 45. n. 6.

D 3

DE

# De Repressaliis.

**R**epressalias paucis perstringere lubet, cum earum usus in Romano Imperio quidem rarissimus, utilis tamen pro re nata: Ea autem quae quandoque utiliter accidunt, plane respicienda non esse, rescripto sacratiss. Imperator Justin. in l. 12. C. de l. monet.

I. Repressaliae (a) igitur sunt detentio personae (b) aut bonorum, propter debitum alienum, denegatae vel protractae iustitiae causam concessae.

(a) Bart. in tract. repressal. n. 1. Iohan. Iacobus de Canibus tract. eodem Colerus de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 303. Repressaliae, quae & represaliae & praesaliae, item repressalia, alii pignorationes, clarigationes, ἀνδραπολιεία, jus marchae dicuntur. Gail. de pign. observ. 2. n. 1. Guid. Pap. decis. 32. n. 1. Rutg. Ruland. de commiss. lib. 8. c. 9. n. 1. Tiraquell. in praefat. l. si unquam C. de revocand. donat. variam à Dd. sortiuntur originem; Quidam enim à repradando, propterea, quod ob alterius nocentiam innocens poenam luat, alii à representando, quod representetur persona illius, qui iustitiam denegavit, alii à reprimendo, quod injuria iustitiam denegantium qua si reprimatur, alii à Gallico reprendre, quod aliud pro alio solvere denotat, deducunt, Cujac. in l. un. C. ut nullus ex Vicin. à presa Italico, quod est captura, derivat. De origine etsi non precise constet, usum tamen eorum vetustissimum esse, ortumque cepisse à priscis Romanis seu ab ipsis Fecialibus, videlicet à Numa Pompilio 2. Rom. rege, Gail. d. tr. de pignor. c. 1. n. 6. tradit. Heig. quaest. jur. civil. lib. 1. quaest. 12. Et differunt ab arrestis & pignorationibus potissimum in eo, quod non nisi ob denegatam iustitiam. In c. dominus noster, 23. quaest. 2. neque in veros debitores, sed in quoscunque ejusdem magistratus subditos concedantur.

(b) Sunt qui personarum detentionem plane iniquam statuunt. Duar. ad tit. C. Ne filius pro patr. ideoque ἀνδραπολιεία seu rerum captivam tantum non ἀνδραπολιεία seu personarum concessam esse. Heig. quaest. 12. n. 63.

II. Con.



10  
I I. Conceduntur autem repressalia, per consuetudinem  
ceu causam remotam, quâ illarum exercitium invaluit, regu-  
lariter ab eo, qui superiorem non recognoscit; (a) Et qui-  
dem à magistratu creditoris, cui denegata fuit justitia. (b)

(a) Per text. in d. cap. dominus noster 23. quæst. 2. Laudens. de re-  
press. n. 8. Gail. d. tract. de pign. observ. 1. n. 2. Mynsing. cent. 6. observ. 1.  
cum instar justii belli sint; bellum autem non nisi solus imperator indicere  
potest l. 24. ff. de captivis & postlim. revers. l. un C. ut arm. usus in scio  
princip. interdict. sit. l. 3. ad l. Iul. Majest. Unde liquet Electoribus cate-  
risq; ducibus & principibus imperii repressalias decernendi jus non compe-  
tere, nisi consuetudo diversum suadeat.

(b) Non adversante eo quod ille ratione repræsaliati non sit iudex  
competens per l. juris ordin. 2. C. de juridict. junctal. à Divo Pio 15. §. sen-  
tent. 1. ff. de re judicat. Et sic non possit repressalias, quæ sunt species quæ-  
dam executionis, adversus alterius districtus subditos decernere, c. ut  
animarum extra de constitut. in 6. Speciale tamen hoc est, propter  
non exhibitam creditori justitiam, quia potestas permittens repressalias,  
succedit in locum judicis competentis, justitiam non exhibentis, quod in-  
nuit c. ceterum de judic. c. ex transmissa in fin. de foro compet. Ubi in de-  
fectum justitiæ secularis causa devolvitur ad summum Pontificem.

III. Ut igitur repressalia concedantur sequentia hæc con-  
junctim requiruntur; I. Requisitio judicis debitori compe-  
tentis de justitia administranda. (a) 2. Denegatio vel pro-  
tractio quæsitæ justitiæ; quæ duo cum sint facti, probationem  
creditoris desiderant; (b) 3. Debitum liquidum. (c) 4. Id-  
que grande non leve aut modicum. (d) 5. Repressaliatus de-  
bet esse extraneus & forensis. (e) 6. Repressaliatus non gau-  
deat privilegio exemptionis. (f) 7. Sufficiencia debitoris ad  
solvendum eo tempore, quo convenitur, aut magistratus de  
executione imploratur. (g) 8. Autoritas magistratus conce-  
dens repressalias. (b)

(a) Sed

(a) Sed & ob injuriam seu injuriam illatam repressalia indulgentur adversus iudices, si per viam juris nequeant conveniri. Myns. d. cent. 6. obs. 28. (b) In iudice enim non presumitur negligentia, nisi probata sit legitima ejus requisitio. Gail. lib. 1. obs. 28. n. 3. per l. 2. C. de offic. civil. iudicum. l. 1. C. de susceptor & arcaris. (c) Executio enim non suscipitur, nisi debitum sit liquidatum l. unic. C. de prohibit. seq. pecun. Dambud. prax. crim. cap. 98. n. 11. (d) Remedia enim subsidiaria & odiosa ob rem modicam non dantur l. scio ff. de in integ. restitut. l. si otium §. fin. ff. de dolo. (e) Nam ejusdem principis subditis repressalia concedi nequeunt, cum principis sit utriusq; causam cognoscere eamq; dijudicare l. 21. ff. de reb. cred. l. adiles 25. §. 8. ff. de edic. edict. quando autem per ordinarium remedium tutus esse potest creditor, non debet confugere ad extraordinarium l. in cause 13. ff. de minor. l. 3. §. 1. de operis nov. nunc. Cur enim, inquit Ictus in l. equissimum de usufructu, ad arma procedere patiatur Prætor eos, quos potest jurisdictione sua componere? quod tamen non semper in Germania observari, testatur Rosbach. process. jur. civil. tit. 3. n. 70. (f) Quales sunt legati l. sanctum ff. de rerum divis. l. 2. §. legatis ff. de iudicis Clerici. c. unic. de injur. in 6. & alii. (g) Executio enim frustra instituitur, si debitor desit esse possessionatus, aut si actionem inopia ejus excludat l. 6. ff. de dolo mal. (h) Quia nemo propria auctoritate suum vindicare potest, l. 13. ff. quod met. causa l. non est singularis ff. de R. I.

IV. Quamvis vero repressalia de jure scripto, sint illicitæ & prohibitæ, (a) propterea, quod adversentur, juri divino, Canonico, civili & naturali, (b) Consuetudine tamen & statutis apud multos receptæ & approbatæ sunt, proinde non in totum sunt repudiandæ; perinde ut belli ac duelli usus non omninò tollitur; si modo intra justos terminos coarctetur. (c)

(a) Novell. 52 & 134. c. 7. Myns. 6. observ. 1. Hillig. in Donell. enucl. lib. 15. c. 52. quod etiam continetur in comitorum Spirensium Anno 70. celebratorum decretis. (b) Ezech. cap. 18. n. 4. seq. c. 1. extr. de injuria & damn. in 6. c. innovamus extr. de treuga & pace, l. non debet alter, ff. de R. I. l. si quis suo §. legis. C. de inoff. testam. & tot. tit. C. ne fil. pro patre, cum grave sit & tam legibus quam equitati naturali contrarium, pro alienis debitis molestari l. un. C. ut nullus ex Vicariis locupletari extr. de R. I. in 6. tum vero poenæ suos debent persequi autores, l. sancimus 22. C. de poenis & l. crimen 26. ff. eod. Veruntamen si rem ad vivum ressecamus, ratio

tio

10  
ratio juris civilis & equitatis non prorsus abhorret à repressaliis, sed eas quo-  
dammodo admittit, praterquam enim, quod in casibus, ubi iudicis copia  
non potest haberi, nobis ipsis jus dicendi facultas indulta sit l. generali 54.  
C. de decurion. l. ait. prator 10. §. si quis 6. ff. de his que in fraud. cred. l. cre-  
ditores 3. C. de pignor. Gail. 1. observ. 28. in pr. hæc quoque succurrit ratio,  
quod de facto magistratus teneantur universi cives & subditi, propterea  
quod omne jus in magistratum contulerunt, & sic tacitâ quadam commu-  
nionis obligatione participant de facto magistratus, arg. l. cum mand. ff.  
de minor. quod enim à magistratu sit, pro eo habetur, ac si singuli cives fe-  
cissent, l. nulli 3. ff. quod cujuscunq. universitatis nomine, l. item magistris  
24. ff. de pact. factum siquidem prepositorum habetur pro facto singulorum  
civium c. qui per alium. extr. de R. I. in 6. Et licet sine culpa non tamen si-  
ne causa arg. c. sine culpa. de R. I. in 6. Sibi enim populus vel status impu-  
tet quod vindicare neglexerint, si quid à suis improbe factum est. Mindan.  
c. 48. n. 4. (c) Quamvis vero multum violentiæ habere videantur repres-  
salia, illam tamen, si qua est, justitia resecat & per viam compendiariam  
ad equitatis normam revocat, adeo ut quod primâ fronte iniquum videba-  
tur, tanquam summè equissimum inducat. Mindan. c. 48. n. 2. Propriè  
enim loquendo & inspecto effectu, nullum hic subest damnum; nam ex ju-  
ste sistendi, bona ejusmodi saltem detinentur, donec satis factum fuerit,  
adeo ut repræsalio nihil damni aut præjudicii emergat, dum habet re-  
gressum vel ad magistratum, quem tacite obligatum habet, vel ad credito-  
rem. Manet igitur hoc, quod quidem repressalia non certa constitutione  
vel lege permittantur, non tamen expressa aliqua lege prohibeantur. Mind.  
c. 48. Cubach. quest. Juridico Polit. cent. 3. q. 2.

V. Exerceri autem possunt repressalia in omnes, qui jure spe-  
ciali exempti non reperiuntur, (a) quibus tamen accensentur, stu-  
diosi, (b) clerici seu personæ Ecclesiasticæ, (c) mulieres, (d) legati  
& ambassatores regum vel principum. (e) Et ad nundinas profici-  
scentes. (f)

(a) arg. l. mutus ff. de procurat & l. 1. ff. de testibus. (b) Authent. Ha-  
bita C. ne filius pro patre. Rebuff. de privileg. Scholast. 150. Cothman. re-  
spons. 17. (c) c. un. de injur. in 6. ne sacrum ministerium aut cultus Dei  
præpediatur. Contrarium, vero videlicet, contra Clericum debitorem quoque  
indulgeri posse putat Guid. Pap. decis. 34. referente Mynsing. d. obs. 1. n. 9.  
cum nulla justior beneficii amittendi causa sit, quam si id propter quod et

E

jam

iam detur, malitose negligitur. c. un. §. 2. vers. si non 2. feud. tit. 24. l. qui fund. §. si tut. ff. pro empto. Indignum tamen esse jura canon. tradunt, trahi clericum ad forum seculare etiam in defectu justitie. c. qualiter 17. de judis. c. contingit 36. de sentent. excommunicationis. (d) Et generaliter omnis turba imbellis, foeminarum, infantium, furiosorum, agrotantium & aliorum Mindan. d. l. Authent. sed hodie C. de offic. divers. jud. Auth. Hodie novo iure C. de custod. reorum. (e) Sunt enim sancti & inviolabiles l. fin. ff. de legation. (f) l. un. C. de nundinis. arg. l. 6. §. 1. ff. de acquirend. vel amitt. poss.

V I. Finis repressaliorum est partim, ut jus cuique suum, etiam extraneis & forensibus tribuatur; partim ut justitia haecenus protracta aut denegata administretur. Effectus vero est crediti vel deprædati redditio.

V I I. Coronidis loco investigare lubet, An repræfaliatus habeat regressum adversus verum debitorem, de resarciendo damno? Aff. quidem veritati videtur proximior; Negat. tamen quam plurimis arridet.

Nam verus debitor nihil cum repræfaliato contraxit, nihilq; in eum deliquit, proinde nec ipsi teneatur, per §. 1. inst. de action. cum magistratus justitiam denegantis iniquitati hoc ipsum imputandum; quare & nulla ipsi competat actio adversus debitorem; nemo autem sine actione experitur. l. si pupilli ff. de negot. gest. l. 1. C. de form. & impetr. action. Et licet sint qui contendunt, actionem illi competere, propterea quod nemo cum alterius damno locupletari debeat, & quidem conditionem ex lege, cum repressalia consuetudine, quæ pro lege habetur, sint introductæ: quoties autem nova ex lege introducitur obligatio nec exprimitur ejus nomine actio, conditio ex lege competit l. un. ff. de condict. ex lege. Nullius tamen hoc esse importantie arbitrantur, admitteretur enim, si debitor repræfaliato esset obligatus. Cum conditio ex lege non possit dari nisi adversus eum qui aliquo jure nobis sit obligatus §. 1. inst. de act. VVeseb. parat. ff. de condict. ex leg. n. 4. Alii negotiorum gestorum actionem ipsi assignant, quippe quam etiam habet, qui animo deprædandi ad negotium alterius gerendum accedit, dum modo illius negotium sit factum l. si pupilli §. 3. de negot. gest. Sed cum repræfaliatus non sponte accesserit, neve debitoris nomine ultro repræfalias passus sit, multo minus aliquid utilitatis ex repressaliis ad eum redundet, removeri etiam hoc autumant, arg. §. 1. inst. de obligat. quæ quasi ex  
con-

contractu nasc. Alii actionem l. aquiliae de damno injuria dat o huic at-  
tribuunt, cum hac actio non solum competat adversus eum, qui damnus  
dedit, sed & qui occasionem damno praebeuit, per l. qui occidit §. in hac act.  
ff. ad l. Aquil. Verum hoc pariter enervari putant ex eo, quod debitor non  
causetur repressalias, sed magistratus potius justitiae administrationem de-  
tractans, proinde & huic imputandum; Et sic nulla ad hanc exactionem,  
actio ordinaria quadrare videatur: Aequitas tamen quam maxime re-  
gressum suadere videtur, licet ordinarius exercendi mediis destituatur; cum  
culpa debitoris pignoriatio isthac contigerit. Si enim statuto tempore & ad  
interpellationem creditoris debitor solvisset, pignoriatio facta non fuisset; Et  
sane sepiissime fieri experimur, ut aequitas quidem non deficiat, deficit tamen  
remedium juris, arg. l. 7. §. 5. ff. de pactis. & l. si quis argent. 35. C. de donat.  
Sic maritus tenetur uxori de rebus peremptis in guerram, quae culpa mari-  
ti contigit. l. in his rebus ff. soluto matrimon: Tum vero in judiciis extraor-  
dinariis subtilitas haec supervacua est, nec refert qualis detur actio, modo  
detur effectus. l. actio 47. §. nec refert. ff. de negotiis gest. Quin imò actio-  
ne deficiente, potest intentari officium judicis arg. l. quod si minor §. fin.  
ff. de minor. Subsidiaria igitur capessenda sunt remedia, deficientibus or-  
dinariis. Quibus cum adstipuletur communis Dd. opinio statuentium, quod  
ille, qui causam repressalias dedit, sive communitas sit sive privatus non so-  
lum repressaliato teneatur ad id quod solutum est, sed & ad omnimodam  
damni accepti refusionem; Imò ad interesse lucri cessantis, per l. si servus  
communis §. quod vero ff. de furtis. Bart. de repress. quæst. ult. Santerna  
in tract. de assecuratione mercatorum p. 4. n. 18. Mynsing. d. obs. 1. n. ult.  
Heig. d. quæst. 12. n. 64. seqq. & nos ultro suffragamur.

### P O R I S M A T A.

Utrum Ostracismus Atheniensibus quondam familiaris in  
bene constituta republ. sit tolerandus? N.

An bona Principum domanialia sint inalienabilia? D.

An Dominus territorii, deprædato guidagium persolventi  
teneantur resarcire rapinam in territorio suo commissam? A.

### F I N I S.



05 A 2259

ULB Halle 3  
003 782 31X




VD 17









12728 DISPUTATIO JURIDICA  
*De*  
**ARRESTIS**  
& REPRESSALIIS,

10.

*Quam*  
D. O. M. A.  
*Decreto & Auctoritate*  
Amplissimi Jctorum ordinis  
*In Incluta Academia VVittebergenfi*  
SUB PRÆSIDIO  
*Viri Magnifici, Amplissimi & Consultissimi*  
Dn. BARTHOLOMÆI REUSNERI,  
J. U. D. & Antecessoris Clarissimi, Amplissimæ  
Facultatis Juridicæ Ordinarii & Senioris meritissimi, Se-  
renissimi & Potentissimi Electoris Saxonæ Consilarii, Ec-  
clesiasticæ & Provincialis Curix Adfessoris eminent-  
tissimi, Dn. Præceptoris, Favitoris & promo-  
toris ætatem observandi,

*Publicè examinandam proponit*  
**FRIDERICUS PRÆTORIUS**

Grab. Megapolitanus.

*In Acroaterio Jctorum.*

Ad diem 19. Novembr. hor. à 7. matutin.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS GORMANNI,

ANNO M DC XXIV.